

The *Lucernare* (Psalm 140) of the Gradual is noteworthy. In oriental liturgies, it belongs to the Night Office.

INTROIT Psalms 89: 1-2

Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a sæculo et in sæculum tu es. (Ps. 89: 2) Priúsqvam montes fierent, aut formarétur terra et orbis: a sæculo et usque in sæculum tu es Deus. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principiò, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a sæculo et in sæculum tu es.

COLLECT

Réspice, Dómine, famíliam tuam: et præsta; ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(for St. Gregory)

Deus, qui ánimæ fámuli tui Gregórii ætérnæ beatitúdinis præmia contulísti: concéde propítius; ut, qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Isaiah 55: 6-11

In diébus illis: Locútus est Isaías Prophéta, dicens: Quærite Dóminum, dum inveniri potest: invocáte eum, dum prope est. Derelínquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas, et revertátur ad Dóminum: et miserébitur ejus, et ad Deum nostrum: quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitationes meæ cogitatiónes vestræ: neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltántur cæli a terra, sic exaltátæ sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitatiónes meæ a cogitatióibus vestris. Et quómodo descéndit imber et nix de cælo, et illuc ultra non revértitur, sed inébrat terram, et infúndit eam, et germináre eam facit, et dat semen serénti, et panem comedénti: sic erit verbum meum, quod egrediétur de ore meo: non revertétur ad me vácuum, sed fáciat quæcúmque volui, et prosperábitur in his, ad quæ misi illud: ait Dóminus omnípotens.

GRADUAL Psalms 140: 2

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo, Dómine, Elevátio mánuum meárum sacrificium vesperínium.

GOSPEL Matthew 21: 10-17

In illo témpore: Cum intrásset Jesus Jerosólymam, commóta est univérsa civítas, dicens: Quis est híc? Pópuli autem dicébant: Hic est Jesus Prophéta a Názareth Galiléæ. Et intrávit Jesus in templum Dei, et ejiciébat omnes vendéntes, et eméntes in templo; et mensas nummulariórum et cáthedras vendéntium colúmbas evértit: et dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus oratiónis vocábitur: vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. Et accessérunt ad eum cæci et claudi in templo: et sanávit eos. Vidéntes autem príncipes sacerdotum et scribæ mirabília, quæ fecit, et púeros clamántes in templo, et dicéntes: Hosánna filio David: indignáti sunt, et dixerunt ei: Audis, quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utique. Numquam legístis: Quia ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem? Et relíctis illis, ábiit foras extra civitátem in Bethániam: ibique mansit.

OFFERTORY Psalms 30: 15-16

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

SECRET

Oblátis, quæsumus, Dómine, placáre munéribus: et a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(for St. Gregory)

Annue nobis, quæsumus, Dómine: ut intercessióne beáti Gregórii hæc nobis prosit oblátio, quam immolándo totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 4: 2

Cum invocárem te, exaudísti me, Deus justítie meæ: in tribulatióne dilatásti me: miserére mihi, Dómine, et exáudi oratiónem cæli.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, omnípotens Deus: ut illíus salutáris capiámus efféctum, cujus per hæc mystéria pignus accépiimus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(for St. Gregory)

Deus, qui beátum Gregórium Pontíficem Sanctórum tuórum méritis coæquásti: concéde propítius; ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Acéndant ad te, Dómine, preces nostræ: et ab Ecclésiá tua cunctam nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Lord, Thou hast been our refuge through all generations; from eternity and to eternity Thou art (Ps. 89: 2) Before the mountains were begotten and the earth and the world were brought forth, from eternity and to eternity Thou art God. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Look upon Thy household, O Lord, and grant that our minds, chastened by mortification of the flesh, may, because of their desire for Thee, shine in Thy sight. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(for St. Gregory)

O God, Who hast conferred the rewards of everlasting happiness upon the soul of Thy servant Gregory, mercifully grant that we, who are oppressed by the burden of our sins, may be relieved by his prayers to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, the prophet Isaiah spoke, saying: Seek the Lord while He may be found, call Him while He is near. Let the scoundrel forsake his way, and the wicked man his thoughts; let him turn to the Lord for mercy; to our God, Who is generous in forgiving. For My thoughts are not your thoughts, nor are your ways My ways, says the Lord. And high as the heavens are above your ways and My thoughts above your thoughts. For just as from the heavens the rain and snow come down and do not return there till they have watered the earth, making it fertile and fruitful, giving seed to him who sows and bread to him who eats, so shall My word be that goes forth from My mouth; it shall not return to Me void, but shall do My will, achieving the end for which I sent it, says the Lord almighty.

Let my prayer come like incense before Thee, O Lord. The lifting up of my hands, like the evening sacrifice.

At that time, when Jesus entered Jerusalem, all the city was thrown into commotion, saying: Who is this? But the crowds kept on saying: This is Jesus the prophet from Nazareth of Galilee. And Jesus entered the temple of God, and cast out all those who were selling and buying in the temple, and He overturned the tables of the moneychangers and the seats of those who sold the doves. And He said to them: It is written: My house shall be called a house of prayer; but you have made it a den of thieves. And the blind and the lame came to Him in the temple, and He healed them. But the chief priests and the Scribes, seeing the wonderful deeds that He did, and the children crying out in the temple, and saying: Hosanna to the Son of David, were indignant, and said to Him: Hearest Thou what these are saying? And Jesus said to them: Yes; have you never read: Out of the mouth of infants and sucklings Thou hast perfected praise? And leaving them, He went out of the city to Bethany and He stayed there.

I have put my trust in Thee, O Lord. I said: Thou art my God, my times are in Thy hands.

Be appeased, we beseech Thee, O Lord, by the gifts we offer, and safeguard us from all dangers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(for St. Gregory)

Suffer, we beseech Thee, O Lord, that through the intercession of blessed Gregory this oblation may profit us; for by its offering Thou hast granted that the sins of all the world should be pardoned. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

When I called upon Thee, Thou didst hear me, O God of my justice: when in distress, Thou hast enlarged me: have mercy on me, O Lord, and hear my prayer.

We beseech Thee, almighty God, that we may obtain the effect of that salvation whose pledge we have received through these mysteries. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(for St. Gregory)

O God, Who didst make Thy bishop Gregory equal with the saints in merit, favorably grant that we, who faithfully keep the feast of his commemoration, may also imitate the examples set by his life. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow down your heads before God. May our prayers ascend unto Thee, O Lord, and banish all wickedness from Thy Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.